

AK. 230 5.  
2  
Ya  
1544

MEMORABILIVM  
BIBLIOTHECAE. CHEMNICENSIS

PART. II.

EDIT. ET. SIMVL

AD

ACTVM. VALEDICTORIVM

D. XII. CAL. APRILIS

A. R. S. cIɔ Iɔ cc LXX.

HORA. NONA. AVDITA. INSTITVENDVM

GRAVISSIMOS. SCHOLAE. INSPECTORES

PATRONOS

FAVTORES. QVE. REI. LITTERARIAE. OMNES

SVMMA. ANIMI. VENERATIONE

INVITAT

M. IOAN. GEORG. HAGER

RECTOR.

---

CHEMNICII

IMPRESSIT. IOAN. CASPAR. PHILIPP. GROLD.

(2)





151

PETR CALCONII LIB.

SINI

**A**nno praeterito, ut scis, BENEVOLE LECTOR, TE

cum Memorabilium Bibliothecae nostrae scholasticae Par-

tem primam communicavi, simulque continuationem  
promisi, et ea, qua par erat, animi obseruantia  
omnes litterarum fautores rogaui, vt symbola sua ad augendam bi-

bliothecam nostram in salutem publicam benevolē conferre vellent.  
Antequam vero ad ipsam accedam continuationem laetissimo gratissi-

moque animo vt publice profitear mearum partium esse puto, hanc  
meam petitionem non fuisse frustraneam. Benevolē enim nobis ob-

tulerunt

I. Vir summe reuerendus doctissimusque D. IOAN. FRID. GVHLINGIVS, sacerorum apud nos antistes meritisimus scholaeque Inspector grauissimus, in memoriam fratri sui dilectissimi, viri plurimum reuerendi M. GEORGI FRID. GVHLINGI, Pastoris Altmitweydenis quondam meritisimi, nati d. 26. Mart. 1706. Anno ve-

ro 1763. d. 11. April b. defuncti

2. QVINTI CALABRI Paralipomena, id est, Derelicta ab Homero XIV.  
Libris comprehensa, gr. et lat. a LAVRENTIO RHODOMANNO edita,  
quibus accessit Epitome tum HOMERI et COINTA tum vniuersa Historia  
Troiana itenque DION. CHRYSOSTOMI oratio de Ilio non capto. Ha-

nouiae, 1604. 8.

3. ARISTIDIS, Rhet Orationem nomine Legatorum Gr. ad Achillem.  
*Eiusd.* Orat. in ineptos et futilis sophistas gr. et lat. editore ac interprete  
LAVRENTIO NORRMANNO. Vpsaliae, 1687. *Eiusd.* Artium oratoria-  
rum, Lib. I. de dictione civili et Lib. II. de dictione simplici, edit. et interpr.  
LAVR. NORRMANNO Vpsaliae, 1688. 8.

3. S. THEOPHILI Lib. III. ad Avtolycum, gr. et lat. a Io. Christoph.  
Wolffio edit. Hamburgi, 1724. 8.

4. C. VALERII FLACCI Argonauticon Lib. VIII. cum comment.  
LAMP. ALARDI. Lipsiae, 1630. 8.

B

5. PETR.

5. PETR. CIACCONII Lib. de Triclinio cum appendice FVLVII VR-  
SINI. In officina Sanctandreana (a) 1590. 8.

6. IO. CHRISTOPH. COLERI Historiam GOTHOFREDI ARNOLDI. Vi-  
sembergae, 1718. 8.

II. d. 23. Septembr. Generosissimus de WILSTER, potentiss.  
Regis Daniae centurio in memoriam Excellentissimi IO. de WIL-  
STER potentiss. Regis Pol. et Elect. Sax. fereniss. rei militaris pe-  
titissimi Praetoris apud nos d. 24. April 1769. b. defuncti.

I. Accuratissimam orbis delineationem, s. Geographiam vet. sacram et  
profanam, auctore GEORGIO HORNIO. Amstd. 1660, fol. cum 43. tabb.  
geogr. elegantiss. et tabula Peutingeriana.

2. Sex tabulas nauticas, scilicet 1) Pas.Caarte van de Noortzee Amstd.  
by Iacobus Robyn. 2) Pas.Caarte van de Oofzee Amstd, by Iohannis de  
Ram, uytgegeven by I. Robyn. 3) Paskaert van Ruslant. ib. eod. 4) Pas-  
kaarte om Achter Yerlandt, Amstd. by Pieter Goos. 1673. 5) Het Canaaltu-  
fchen Engeland en Vrancekrück, ib. by Pieter Goos. 6) Pas.Caert van Hi-  
spanien, Amstd. by Ioh. de Ram, uytgegeven by Iac. Robyn.

III. d. 24. Octobr. 1769. IO. CHRISTIANVS LANGIVS,  
mercator apud nos celeberrimus,

I. Le Auventure di TELEMACO figliuolo d'Ulisse tradotte dal linguag-  
gio francese nell' italiano da MARTINO DESCHNERO, in Vittenberga,  
1751. 8.

IV. d. 1. Decembris. Generos. E. ANTONIVS SOHN sub-  
centurio apud legionem Sereniss. Principis Saxoniae MAXIMILIANI.

I. EVCLIDIS, Megar. Mathematici, Elementa Libr. XV. ad Germanam  
Geometriae intelligentiam et diuersis lapsibus temporis iniuriis contractis re-  
stituta. Adimpleatis, praeter maiorum spem, quae hactenus deerant, solidorum  
regularium conferentiis sibi inuicem inscriptorum collationibus. No-  
uis.

a) Sic appellabatur non nunquam officina typogr. quam habebat Hei-  
delbergae doctiss. HIERONY. COMELINVS, quia insigne illius. An-  
dreas et nomen praefecto illius, vulgo Factori, erat Andreas. V. die so-  
nöthig- als nützl. Buchdruckerkunst a me 1745, Lipt, edit, P. IV. p. 151.

uissime collati sunt XVII. et XVIII. priori editione (b) quodammodo polliciti de componendorum, inscribendorum et conferendorum compositorum solidorum inuentis ordine et numero absoluti auctore D. FRANCISCO FLVS-SATE CANDALLA Lutetiae, 1578. fol. cum Figg.

Hic liber vel ea etiam ex causa nobis carissimus est, quia ex biblioteca quondam serenissimi principis IOAN. ADOLPHI postula, Archiepiscopi Brein. Duc. Holst. est, id quod ex nomine propria manu inscripto et ex adiectis illius insignibus coloribus depictis dicimus.

2. NICOLAI COPERNICI de Revolutionibus orbium caelestium Libr. VI. item de libris revolutionum Nic. Copernici narrationem primam per M. Georg. Ioach. Retherum ad Ioan. Schonerum scriptam, Basileae, 1566. fol. cum multis notis Msstis.

V. d. 8. Mart. 1770. ornatiss. iuuenis IOAN. GOTTLÖB.  
MAY Chemn. doctrinae nostrae alumnus diligentissimus

I. Institutionum iuris civilis D. Iustiniani Lib. IV. accurate castigatos cum Accursiana interpretatione aliorumque Iurisperitorum non contemnendis annotat. Lugduni, sumtib. Iacobi Giunti impress. apud Iean. Crespin, alias du Carte, 1535. 8. Nitidiss. editio.

Quibus pro muneribus nomine bibliothecae maximas ago gratias; aliis vero fautoribus verba Luc. X, 37. pace illorum benigna commendo.

Nunc ergo ad continuationem Memorabilium nostrorum accedimus. Floretus Bernardi, cuius recensionem promisimus, paucis interiectis diebus, excipiet hunc rarissimum libellum, quem in praesenti sistimus. Is vero est:

Tractatus de arte loquendi et tacendi in 4<sup>to</sup> 6. fol. siue 1<sup>o</sup> Plag. B 2 Quam

b) Quae prodiit Parisis, 1566. fol. vid. I. A. FABRICIVS in Bibl. Gr. Lib. III, c. 14. §. 6. p. 374.

Quamquam neque auctor, neque locus, neque annus impressio-  
nis hic legitur: In fine tamen libelli reperiuntur verba, quae de his  
omnibus certiores nos reddunt. Legimus autem ibidem ita: *Ex-  
plicit libellus de doctrina loquendi et tacendi ab Albertano caufidico brix-  
ense ad instructionem filiorum suorum compotitus. Impressus ac finitus Col-  
lonie Anno domini M. CCC. LXXXIX. in profeſto Pasche. Pro-  
diit autem e typographia Hermanni Bungart de Kerwig, testante FRID.  
CHRISTIANO LESSERO.* (c) Si CAROLO du FRESNE fides est  
habenda hic libellus iam ante A. 1483. prodierat (d), adeoque nostra  
eſſet altera editio, quae, vt et prior, celeb. MICH MAITTAIRIO (e)  
CHRIST. GOTTLIEB. IOECHERO (f) IOAN. VOGTIO (g),  
IOAN. ALB. FABRICIO (h), aliisque ineognita fuit, id quod sup-  
plementi cauſa moneo. Nec de aetate, quavixeris et scriperis hunc  
libellum ALBERTANVS eruditissimos inter se consentire video viros.  
JOECHERVS tradit (i), Albertanum patriam suam Brixiam, vulgo  
*Brescia*, contra Imperat. Rom. FRIDERICVM II. defendisse illum-  
que capta Brixia a FRIDERICO A. 1238. in vincula coniectum scri-  
psisse: 1. de dilectione DEI et proximi (k) 2. de consolatione et  
consilio, et 3. de doctrina loquendi et tacendi. VOGTIUS e con-  
trario hos tres libros pro vno venditat (l), quem ab A. 1235-1246.  
scripsisse Albertanum affirmat. Teste vero FABRICIO (m) Alber-  
tanus FRIDERICO *Aenobarbo*, (sive l.) Brixiam A. 1162. obſidente  
ſcri-

- c) In typographia jubilante Lipſ 1740. p. 51. V. etiam libr. a me editum:  
die ſo nötig als nützl. Buchdruckerkunſt. T. III. Lipſ. 1741. p. 292.
- d) In Indice Auctoř. ad Glossarium ſuum. T. I. p. 96. Edit. Francof. 1710.  
fol. vbi legimus: Albertonus, Brix. Caufidicus de arte loqua. et tacen-  
di edit. a. 1483. et 1491. vix. a. 1246. al. 1208.
- e) In Annal. typogr. teste VOGTIO
- f) In Lex. Erud. Lipſ. 1732. 8. T. I. p. 84.
- g) In Catal. libr. rar. Hamb. 1733. 8. p. 19.
- h) In Bibl. Lat med. et inf. aetat. Hamb. 1734. 8. Lib. I, p. 106.
- i) 1 c.
- k) Titulus huius librī ab ipso Albertano paullo aliter adducitur, ut mox  
dicemus.
- l) Loco ſupra citato.
- m) I. c.

scripsit librum de doctrina dicendi deque virtutibus diligendis et vi-  
tis fugiendis (n) et de amore et dilectione DEI aliarumque rerum  
deque forma vitae. In his triumvirorum scriptis vera falsis esse mix-  
ta, quiuis facile animaduerteret. Veritatem igitur eruere tentabo.

Vtrumque FRIDERICVM obsedisse et occupasse Brixiam, pri-  
orem nempe A. 1162. et posteriorem A. 1238. historiarum monumen-  
ta testantur (o), hinc difficile dictu videtur, sub quoniam floruerit  
Albertanus. Quum vero FABRICIVS nullum, IOECHERVS autem duo  
citatuit testes ANTON. POSSEVINVM (p), et CASIM. OVDI-  
NVM (q), quibus tertium addo du FRESNE (r), a veritate haud  
aberrare me puto, si affirmauerim Albertanum sub Friderico II, cir-  
ca A. 1238 - 1246. vixisse et post patriam, quam defenderat, a FRI-  
DERICO II. A. 1238. captam in carcerem missum esse, in quo, et  
non in obfidaione, ut FABRICIVS vult (s), composuit

1. Librum de amore et dilectione DEI et aliarum rerum de forma  
vitae (t).

2. De consolatione et consilio (u).

3. Tractatum de arte loquendi et dicendi (x).

Qui vero libri non vno eodemque tempore coniunctim ab initio edi-  
ti sunt. Haec ars, de qua loquimur, primum teste du FRESNE 1483.  
prodiit deinde Coloniae 1489. 4. quae editio ad manus est, Dauen-  
triae 1490. et Lipsiae 1491. 4. repetita est typis. Postea tres antea

B 3

(n) Minus recte hunc titulum FABRICIVS adduxit, vt infra videbis.

(o) V. Generosiss. HENR. de BVNAV Leben und Thaten Friederichs I.  
Röm. Kayfers Leipz. 1722. 4. Hallwachs Histor. Imperat. Fridr. II. Tubin-  
gae, 1725. 4.

(p) In Apparatu Sacro.

(q) In Comment. de scriptor. eccles. antiqu. Francof. 1722. fol.

(r) In loco supra Not. d. cit.

(s) I. c.

citati libri coniunctim editi sunt Cunei (y), 1507. fol. Tandem in linguam italicam translati Florentiae, 1610. 4. hi tres prodierunt libri sub hac inscriptione: Tre Trattati di ALBERTANO giudice di Brescia, il *primo* della Dilezione di Dio e del prossimo e della forma dell'onestà vira: il *secondo* della Consolazione et de Consigli: il *terzo* delle sei maniere di parlare, rivedutti con piu testi a pena dal Infernigo Accademico della Crusca in Firenze per i Giunti 1610. in 4. (z). De sola artis huius editione nostra hic nobis est sermo. Quam plurimis compendiis litterarum litterisque gothicis ea typis est expressa. Litterae initiales et paginarum numeri desunt. Puritatem verborum et elegantiam stili in hac arte quidem desiderabis, sententias vero ex sacris litteris, praecipue ex Salomone et Syracide, quem Iesum filium Sydrac nominat, et ex Catone, Cicerone, Salustio, Augustino, Gregorio etc. repetitas frequenter inuenies. Hanc breuem doctrinam uno versiculo comprehensam filio suo STEPHANO tradi curauit Albertanus (a). Versiculus hic est:

Quis, quid, cui dicas, cur, quomodo, quando requiras.

In sex quasi capita suam diuisam explicuit artem. Ob eximiam raritatem libri *ipsius auctoris verbis* recensebimus haec capita.

I. *Quis es, qui loqueris?* quinque habet puncta, 1) Requires, utrum istud dictum ad te pertineat, vel non. 2) an aliqua perturbatione animi sis captus, s. ira, odio, vel inuidia, aut sis ab animi passionibus alienus? 3) quis es, qui alium reprehendere vis, vel aliis dice-

t) Sic ALBERTANVS ipse hunc librum in arte sua fol. a. 2. citat, ubi ita: Legi in libro, quem composui, de amore et dilectione DEI et aliarum rerum de forma vitae in titulo de amicitia iracundi hominis vitanda.

u) Hunc librum FABRICIVS nesciuit,

x) Titulum huius libri sic nostra exhibet editio, hinc ynde suum habeat FABRICIVS ignoramus.

y) Cuneum est vrbs Italiae in Pedemontio, vulgo *Coni*.

z) VOGTIVS l. c.

a) Haec ipsius Albertani sunt verba, ex quibus apparere videtur, illum ex captiuitate hanc artem suo filio transmississe.

dicere, vel utrum de simili dicto, vel facto valeas reprehendi. 4) utrum bene doctus, vel indoctus. Etiam quod dicere velis bene sapias, alioquin bene dicere non valeres. 5) quis erit effectus tuae locutionis.

**II. De quid loqueris?** Nouem habet puncta. Requirere debes  
 1. utrum verum, vel falsum. 2. utrum sit utile, graue, et profitabile, aut sit vanum et inane. 3. utrum sit rationabile, vel irrationabile. 4. utrum durum, aut molle, dulce, vel suave, 5. utrum pulchrum, vel honestum. 6. ne dicas obscurum, vel ambiguum. 7. ne quid iniuriosum, vel calumniosum dicas, vel facias. 8. ne quid superbum.

**III. Cui loquendum sit?** Septem habet puncta. 1. utrum amico, vel alteri. 2. utrum insipienti, aut sapienti. 3. cum irrisore ne loquaris. 4. neque cum linguoso, vel loquaci, neque cum cincis 5. ne cum muliolo multum contendas. 6. de secretis cum ebrio, vel muliere mala ne loquaris. 7. require, quibus audientibus aliiquid loqueris.

**IV. Cur loquendum sit.** Cur causam requirit finalem. Causa finalis dicti tui sit, aut pro Dei seruitio, vel pro humano commodo, aut pro utroque, aut pro amico, aut pro omnibus praedictis.

**V. Quomodo loquendum sit?** sunt quinque modi obseruandi.  
 1. in pronunciatione. 2. velocitate. 3. tarditate. 4. quantitate.  
 5. qualitate.

**VI. Quando?** require, quo ordine, loco et tempore loquendum sit. Finitis annotationibus tandem concludit: Haec de arte dicendi sufficient: Si autem etiam super faciendo volueris habere doctrinam, detrahe de hoc versiculo verbum *dicas*, et illius loco pone *facias* et habebis doctrinam faciendi. Sed satis de hac arte loquendi. Conuerto me nunc ad quosdam dicturos optimae spei iuuenes. Numirum

I. GOT.

AK Yal 1544

x 255 3235

Vd18

XVIII

I. GOTTLLOB GERHARDVS, *Harrau.* *Misn.* de familiari cum aliis caute inenunda consuetudine, perorabit *lat.*

II. IOAN. GOTTLLOB. WEICHERT, *Dittersb.* *Misn.* de initiatione templorum, vulgo encaeniis, dicet *grace.*

III. CHRISTIAN GOTTLLOB KREYSIGIVS, *Freyberg.* *Misn.* diligenterissimus per nouem annos noster discipulus prodibit musis nostris valedicens. Est hic iuuenis praeclaris ingenii doribus praeeditus honesti quondam ciuis Freybergensis IOAN. GOTTLIEB KREYSIGII filius. Vestigiis laudatu dignissimis fratris sui, Viri plurimum reuerendi M. IOAN. GOTTLIEB. KREYSIGII, Diaconi ad D. Ioan, apud nos meritissimi strenue insistens illumque velut alterum parentem omni pietate ob mirifica sibi exhibita beneficia cotens non solum piam scelerisque puram peregit vitam, sed etiam in studiis elegantioribus eximios fecit progressus et ob suavitatem, quae iuuenem ornat, amorum omnibus fuit carissimus. Dexteritatis suae iam A. clo 15 cc xxviii. de laudabili amicitiae constantia dicens teutonica egregium edit specimen. In praesenti hominem de bona fama contentionem commendabit et ylrium vale Carmine teutonico nobis acclamabit. Quo facto piis votis eum comitabitur *carm. teut.*

IV. GOTTLLOB LEBERECHT GOEDELIVS, *Ernestouall. Schoenb.* praemissa *oratione teut.* de praerogatiis religionis nostrae sanctissimae.

VOS tandem INSPECTORES SCHOLAE NOSTRAE GRAVISSIMI, et VOS OMNES, qui munerum dignitate et eruditio[n]is et virtutis splendore urbem nostram ornatis scholaeque nostrae fauoris omni, quo fieri potest, modo rogo atque obtestor, ut actu[i] huic valedictorio benevolē interesse velitis. Quod insigne beneficium in hand ingratos vos collaturos esse spondemus. P. P. Cheminicii, d. 20 Mart. A. R. S. clo 16 cxx.

TTOO I

n.C.



